

Expositio Epistole sancti Hieronymi

Incipit expositio fratri Britonis ordinis sancti Francisci super epistolas sancti Hieronymi: quem ponit pro prologo Biblic.

Rater Ambro

suis tua mihi munus. *Ad cunctos* huius epistole quā scribit Hieronymus ad Paulinum presbyterum: qui elegantis fuit ingenij sicut p[er]tinet in scda epistola ad eundem qui renuciare volēs secundo: cuiusdā sororis sue tenebatur vinculo: ne gradu incedere et expedito: hic p[er] Ambrosium monachus scriptis Hieronymo significans ei desiderium: quod habebat intelligendi sacras scripturas: et a seculi vinculis excundi: et que fuit utrū sine doctore posset habere sacram intelligentiam scripturarum. addidit etiā q[uod] ut eas posset addiscere: multū desiderabat cū beato Hieronymo conuersari. Cui rescribit beatus Hieronymus dicens: *Frater Ambrosius* *te*. ista epistola dividitur in tres partes. *S. in partem exordialem: narrationem et conclusio nem.* In parte exordiale benivolentia capta. In narratione intentionem explicat. In conclusione p[ro]positū ipsius non prologandū determinat. Prima pars incipit hic: *Frater ambrosius*. Secunda. ibi: *Legimus*. Tertia. ibi: *Festina quo*. Caput autē benivolentia commendans eum de missione munera de fidelitate amicitiae: de timore dei: et diuinari studio litterarū. Partes p[er] se patet in littera. Secunda pars in qua intentionem explicat: recipit partū subdivisiones. Primo enī intendit eū inducere ut sibi sacre scripture doctorem querat. Et h[oc] facit duplicitē. Primo ei monet ad alio p[er] imitationē. Secundo ostendit consequentē utilitatē. Et primo p[ro]ponit gentiles philosophos ad imitandū. ibi: *Legim⁹ te*. Secundo proponit paulum catholicū. ibi: *Quid loquar*. Tertio utilitatē que consequit[ur] ex audiendo doctore ostendit. ibi: *Habet ne scio quid te*. et. *l. iij. ca.* Paulus ap[osto]ls *te*. ibi dicit q[uod] paulus multū profecit ex doctrina Hamalilis. Sociūdo arrogantiā evitare. ibi: *Hec hoc dico*. ibi: *Paulini ardore ad studēdū* et humiliatatem ad p[ro]ficiendū comedat: q[uod] nō sacerdos erat: cuius est legem intelligere: alijs p[re]esse: et alios docere. ideo tertio in triplici statu scientiā sacre scripture esse necessariam p[ro]bat: et defectum ipsius esse damnosum. Et h[ic] ostendit sciētiā esse necessariam in statu prelatiōis. ibi: *Timotheum te*. qui fuit episcopus. Secundo in statu sacerdotalis dignitatis. ibi: *Malachias*. p[ro]pheta. Tertio in statu officij predicationis. ibi: *Cur Paulus apostolus te*. Ecōuero autē defectus h[oc] scientie in quolibet statu. p[ro]bat esse damnosum. ibi: *Sancta p[ro]prie[ti]as rusticitas*: ibi: *doctam iusticiā ostēdit simplici p[ro]tiorē*. Quia nō Paulinus secularibus erat litteris eruditus: ne crederet q[uod] p[er] se posset sacram scripturam intelligere. Ideo quarto ostēdit q[uod] nō posset nisi diuina gratia reuelante. gratia enim reuelat mysteria: ad quorū cognitionē nō p[ro]uenit scientia secularis. Sic reuelata fuit christo fm humani tatem. vnde dicit: *Pbarsei stupent*. Sic reuelata fuit discipulis. vñ dicit: *Mirant̄ i Petro et Jobāne te*. Sic p[ro]phetet: et patriarchis sic p[er]tinet in Ira. Et ad hoc noticia nō p[ro]uenit scientia secularis. vñ dicit: *Hoc doctus plato te*. Et subdit quasi conclusio h[oc] partis. cum dicit: *Ler enī spiritualis est*. i. sp[irit] ritualiter intelligēda. vñ reuelatiō opus est. Quinto ostēdit sacra scripturā sine doctore nō posse intelligi: ppter sui difficultatē ibi: *Liber in Apocalypsi*. Et p[ro]tendit ista pars usq[ue] versus finem septimi capituli. ibi: *Oro te frater te*. Et primo ostendit difficultatē istam particulariter. Secundo generaliter in principio septimi capituli. ibi: *Adelicit te*. Itē p[ro]mo ostēdit istam difficultatem absolute. cū dicit: *Liber in Apocalypsi*. Secundo in cōparatione ad alias scientias. ibi: *Laceo de grāmaticis*: ibi arguit per locū a maiorī: q[uod] si altiā scientiā que minus difficiles sunt: sine doctore nō possit haberi notitia: multo magis nō potest intelligi sacra scriptura que magis est difficilis et quasi altiarū omnīū cōplexiuā. Q[uod] autē alie scientie nō possint sciri sine doctore ostendit. et primo exemplificat de liberalibus. ibi: *Laceo de grāmaticis*. Secundo s[ed] mechanicis. ibi: *Ad minores artes te*. In fine confutat multū presumptiōnem qui volunt docere scripturā cuius nunq[ue] habuerū noticiā. ibi: *Sola scripturā ars*. Et h[oc] doctrinā ar-

guit multipliciter: tum q[uod] inepta est. ibi: *Dane garrula annuntiatuā quia supra ibi*: *Alij abducto te*. tum quia p[ro]fesa. ibi: *Alij discit prohpudor a feminis*: tum q[uod] erronēa. ibi: *Laceo de meis similibus*: tum q[uod] ridiculosa. ibi: *Puerilia sunt hec te*. Secunda pars in qua ostendit difficultatē sacre scripture dividitur in tres partes. In prima ostendit veteris testamēti difficultatem: p[er] singulos libros discurrendo. In secunda ostendit affectus suum ad sacram scripturam: humiliiter suam ignorantiam confitido. In tertia innuit difficultatē librorum noui testamenti: eos breueriter perstringendo. Prima ps incipit ibi: *Adelicet manifestissima est genesis*. Secunda. ibi: *Cernis me te*. Tertia ibi: *Tangam et nouum te*. Ponit autē quasi cōclusionē istius partis. ibi: *Oro te te*. vbi dicif q[uod] licet sit ita difficultis: tamē meditanti et cōtemplanti est utilis et suavis. vñ subdit: *Nōne videtur tibi te*. Ponit etiā ne cōremmat sacras scripturā ppter verborū ruditatem. *Cui⁹ assignat multiplicē rationē*. littera plana est. Sexto humiliiter se excusat: q[uod] quasi sciens magisteriū nō affectat: sed quasi socius collaboraturus allicit vi veniat. Primū tangit ibi: *Nō suz tam petulans te*. Secundū ibi: *Magisteriū renuens te*. Multa autē ponit allicitū. *Primū est status equalitas*. ibi: *Comitē spondere*. Secundū est p[ro]ficiendī facultas. ibi: *Pretendi datur te*. Tertiū est sacre scripture dignitas. ibi: *Uicamus in terris*. Quartū est receptiū consortis urbanitas. ibi: *Obuijs te manibus te*. Quintū est cooperandi voluntas. ibi: *Etne in p[ro]pte te*. Sextū est amicabilis societas. ibi: *Habes hic amantissimū tuū te*. Tertia pars p[ri]ncipali. s. conclusio. incipit ibi: *Festina quo* te *te*. In qua horat[ur] paulini ut cito exeat de seculo. Et h[oc] uitat ad duo. s. ad vitanda multa pericula: et ad abiūcēda mūdi retinacula. *Palū nota* sub metaphora nauicula cui cir- cūquag[ue] imminentē pericula. vñ dicit: *Et herenti in salo nauicule te*. Secundū nota ibi: *Nemo renūciatur te*. Est autē duplex mundi retinaculū q[uod] retardat seculo renūciatur p[er]. *Primū est amor pecunie*. Secundo timor penurie. Amor pecunie consideratur in tribus. In venditionis rerū retardante sollicitudine. In cōtentiose repetitiōe. In alienandi volūtate. Retardatē vendendi sollicitudinē excludit. cum dicit: *Nemo p[ot]est b[ea]tū vendere te*. Et ne *Paulinus obtēderet oportere se esse sollicitum cōtra venditionē rerū* ppter sua necessitatē: vel ppter aliorū utilitatem: utrūq[ue] excludit. Q[uod] nō ppter necessitatē oportet hoc facere. ostendit ibi: *Quicq[ue] de tuo*. Q[uod] nō ppter aliorū utilitatem. ostendit ibi: *Alii tu semper recrastinas te*. Et q[uod] d[omi]n[u]s magis querit nos q[uod] nostra subiungit: *Totū d[omi]no desit te*. Item d[omi]n[u]s magis exceptat affectū q[uod] datum: et ad hoc p[ro]bandū inducit apostolos: *ylduam et t[er]cium*. vñ dicit: *Apostoli te*. Contētiosam repetitionē excludit. ibi: *Tollenti tunicam te*. et est sumptū de *Matth. v*. Alienandi volūtate excludit. ibi: *Si habes in potestate rem tuā vende*. i. voluntarie dimitte. vel aliena dato. Nec est contraria q[uod] prius dicit: *Nemo potest b[ea]tū vendere*: q[uod] ibi p[ro]hibet venditio retardans et impediens. h[oc] nō cōceditur b[ea]tū indlata et expeditis. Secundū retinaculū est timor penurie: sicut habet hic de auaro et ei deest tam q[uod] habet q[uod] nō habet. Timent autē renuncias re seculo tripliciter. timent enī penurias opum: penurias victua liū: penurias vestimentoꝝ. Istam autē triplicē penurias excludit p[er] triplicem volūtare paupertatis sufficientiā. *Primum excludit ibi: Credenti: supple diuinis cōsilis totus mūndus diuinorum est*. i. *Tanq[ue] nihil habentes et omnia possidētes*. Item q[uod] secunda et tertia timeri nō debent. ostendit cum dicit: *Alietus atq[ue] vestitus*. Quia nō p[ro]baro derelictus surgit in scandalum: contra omnes tentationes dat salubre remediu dicens: *Facile contemnit omnia te*. Et sic patet diuisio et continentia epistole p[re]sentis. Nunc ad expositionem littere accedamus.